# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Nobilitas g
### cum fonte primo

Nescio cum quo pacto uirtus in nobili placet an forte plus claret. Siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet, utrum quia nolit aut quia non possit habere. Laudo factam de necessitate uirtutem, sed plus illam quam elegit libertas, non inducit necessitas.

Bernardus in quadam epistola.

Minime quidem Deus est acceptor personarum; nescio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet. An forte quia plus claret? Siquidem ignobilis, cum caret gloria, non facile liquet utrum quia nolit, an quia non possit habere. Laudo factam de necessitate virtutem, sed plus illam quam eligit libertas, non indicit necessitas.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 113, 1 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.288, ll.10-14).